

tione ad hec necessaria pariter et cautela, rogans sua reverendissima paternitas sibi a me notario publico infrascripto super premissis unum vel plura fieri et tradi instrumentum et instrumenta, et in robur omnium premissorum sepe dicta sua reverendissima paternitas suum sigillum consuetum presentibus duxit apponendum. Acta sunt hec Brixine in arce episcopali ibidem sub anno, indictione, die, mense et pontificatu quibus 5 supra, presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Bartholomeo Hagen in Enebergs, Iacobo Aschenburg in Castelmit et Iacobo Kyemseer in Aurea Valle, ecclesiarum parochialium rectoribus, sue reverendissime paternitatis secretariis, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego Fridericus Prenner ex Sterzing, clericus Brixinensis dioceseos, 10 publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius officiique vicariatus ecclesie ac capituli Brixinensis scriba iuratus, quia dicti procuratoris constitutioni, potestatis dationi, ratihabitationi ac relevationi omnibusque et singulis aliis premissis dum sic ut premittitur fierent et agerentur, una cum prenomi- natis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens 15 publicum instrumentum per substitutum meum me ordinante fideliter scriptum confeci, subscripsi et in hanc publicam et autenticam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum prelibati reverendissimi domini cardinalis et episcopi Brixinensis sigilli appensione signavi et corroboravi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. 20

238.

Die theologische Fakultät verspricht gute Anwendung der ihr vom Cardinal Melchior von Meckau, Bischof von Brixen, geschenkten Summe und stiftet zwei feierliche Akte zum Beweise ihrer Dankbarkeit.

Leipzig, 1503 Juli 31.

Hdschr.: Or. Perg. Archiv der theologischen Fakultät B. 7 mit dem wohl erhaltenen Siegel der Fakultät an 25 Pergamentstreif.

Nos Nicolaus Beyer decanus, Iohannes Hennick de Haynis senior ceterique sacre theologie professores studii | Liptzensis Merseburgensis diocesis tenore presentium publice recognoscimus et profitemur, quod quia reverendissimus in Christo pater et | dominus, dominus Melchior, sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, episcopus 30 Brixinensis, divina indubie ductus inspiratione | ac singularis benivolentie zelo permotus ad dei omnipotentis honorem et in usum ac commodum studii et gymnasii universitatis nostre Liptzensis antedictae Merßburgensis diocesis ducentos florenos Rinenses annui census pro quatuor milibus in oppido Kempnitz Misnensis diocesis vero et iusto reem- ptionis titulo, prout in litteris emptionis desuper confectis et apud fiscum nostrum contentis 35 lacius continetur, emerit et comparaverit atque in usum et incrementum certarum lectionum seu resumptionum in facultatibus duabus, sacre theologie videlicet et artium, ut ex instrumento sue reverendissime paternitatis et illustrissimi principis nostri et domini, domini Georgii ducis Saxonie, lantgravii Duringie ac marchionis Misne confirmatione desuper